no generis humani, exundare in cæteras scientias cæpit. Princeps Galilæus reseratis motuum claustris, naturalem scientiam novâ fœcunditate irrigavit. Hujus exemplo Cartesius altiorem in Metaphysicæ sublimia aquæ ductum, impari tamen successu, molitus est. At ~~uri~~ ingeniosissimus, Thomas Hobbes Anglus (cui Hugonem Grotium materiâ magis quam methodo jungas) inter plana & abrupta medius Philosophiæ civiliſe se infudit. Quæ cum duabus partibus constet, justo & utili, priorem ille persecutus est, utinam tam verè quàm acutè! Posterior novos cultores, & solito nervosiores expectat. At vero posterior sola est, ex qua grandis illa Polonicæ Electionis quæstio pendet. Neq; enim quisquam nunc tam audax est, ut jure sibi Coronam asserat. Utilitatis specie animis illabuntur Candidati;

pars invenit utraq; causas.

Jupiter